

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia s
cum uariis

Septem in me uideo misericordias Domini quas et uos ipsi facile inuenietis in uobis. Prima est quod a multis peccatis adhuc in seculo positum custodiuit; prima quidem non inter omnes quas michi impendit, sed prima inter has septem. Quis enim non uideat quod sicut in multa cecidi, sic et in alia poteram cecidisse peccata, nisi Omnipotentis pietas conseruasset? Fateor et fatebor, nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea.

Bernardus sermone LXXXVIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Misericordia s] Misericordia t P V¹ V² L¹ L²; inuenietis] inueneritis P V¹ V² L¹ L²; prima] primas L¹ L²; Bernardus] in *add.* V² L¹ L²